



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

11. Ex injuncto Nobis &c. Confirmatio tenarum Innocentii XI. Litterarum
super concessione privilegiorum pro Collegio B. Ferdinandi Catholici Sancti
nuncupati & Universitate Sanctæ Fidei in Indiis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

Hæc & prædictæ Constitutiones quasvis etiam personas Ecclesiasticas concernunt.

Nihil omnino contra præmissa, poenalesque contravenientibus infligendas suffragetur.

Derogatio contrariis.

dem arma deferre teneantur, ut statim frangantur, & fracta subinde ad Dominorum beneplacitum restituantur.

§. 7. Considerantes propterea, quantum Sacris Canonibus adversetur noceatque disciplinæ Ecclesiasticæ, quod Clerici, quorum arma sunt lacrymæ, & orationes, hujusmodi arma deferant, declaramus, & quatenus opus sit, decernimus, sub præsentis, ac supradictis Pii IV. ac Pii V. Prædecessorum Constitutionibus, tam Clericos quam alias omnes, & singulas personas Ecclesiasticas, etiam quomodolibet exemptas, tam Seculares, quam cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam de necessitate specialiter exprimendi, nec non Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Regulares, vel alias immunitate personali quomodolibet fruenter, & gaudentes comprehendi. Mandantes propterea, & enixe præcipientes Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, ac respectu Regularium pro delatione tamen, seu retentione dictorum armorum intra claustra delinquentium eorum Superioribus Regularibus, quatenus præmissa omnia exequi curent, & faciant, & contra transgressores ad maiorem poenam, quam Tribunal Ecclesiasticum pro quocumque graviore, & atroci delicto imponat, seu imponere valeat, irremissibiliter procedant.

§. 8. Declarantes, & mandantes, quod ad sese eximendum à poenis præfatis, allegari non suffragabitur, non constare de dolo, vel malâ contravenientium qualitate, nec relevabunt, seu proderunt familiaritates, Litteræ patentes, inhibitiones, & licentiæ concessæ, & concedendæ, seu privilegia cujuslibet Congregationis Judicis, & Tribunalis, etiam supremi, ac Officialium, Ministrorum, & Exequutorum Justitiæ in quocumque actu, & servitio, nullo proflus excepto, nec non cuiuscumque Militiæ, etiam illius, quæ nuncupatur di Leva, seu alterius Nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis actuali servitio destinatæ, Castellatorum, Gubernatorum armorum, aliorumque Officialium Majorum, ac quocumque militari munere, etiam supremo fungentium, Almar Domus Lauretanæ, nec non cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, seu Instituti, vel Militiarum quarumcumque, etiam S. Joannis Hierosolymitani, & quarumvis personarum, etiam in eminenti statu constitutarum, & alia quavis, sive Ecclesiastica, sive mundana dignitate fulgentium, & aliis quomodolibet qualificatorum, facultatis Cameralis, ac Ministerii, seu Ministrorum, etiam Principalium Cameræ Nostre Apostolicæ, tametsi prædicti, vel aliqui ex eis essent speciali nota, seu expressione digni, nullisque personis privilegiatis & privilegiatissimis exceptis. Volentes præmissis non obstantibus ad executionem præfatarum poenarum irremissibiliter contra omnes, & singulos contravenientes esse omnino deveniendum, & tam ad Fisci Nostri instantiam, quam ex officio, & per inquisitionem, ac omni meliori modo posse procedi.

§. 9. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, assertis consuetudinibus, quas si quæ forent per præfatos improbamur, nullasque, & invalidas esse declaramus. privilegii quoque, indultis & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, inserti forent, eisdem præsentibus pro plenè & suffi-

cienter expressis, & insertis habentes ad effectum præsentium, illisque aliis in suo robore permanfuris hac vice dumtaxat harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volentes quod in aliis, quam præmissis privilegiati, seu habentes Litteras patentes omnibus aliis exemptionibus, & privilegiis legitimè competentibus perfruantur, ea tamen conditione, quod realiter, & cum effectu registrari curaverint, vel curent in Cancellariis Legatorum & Gubernatorum, privilegia, Litteras patentes, & titulos exemptionis, ad formam & tenorem Edictorum de mandato Romanorum Pontificum Nostrorum Prædecessorum, & signanter piæ mem. Clementis X. sub datum die vigesima octavâ Julii Anno Domini 1674. & Innocentii XI. sub dat. die septimâ Novembris anno 1676. publicatum, quæ exactè observari, suumque plenum effectum habere, ac si hic de verbo ad verbum inserta existerent, ordinamus.

§. 11. Volumus autem, quod lapsis decem respectu dictæ Nostre Urbis, & viginti diebus respectu totius præfati Nostri Status Ecclesiastici, postquam præfentes valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum ejusdem Urbis, & in acie Campi Floræ, per aliquem ex Nostis Curforibus affixæ, & publicatæ fuerint, omnes & singulos, tam in Urbe, quam in Statu præfatis existentes perinde obligent, & arctent, ac si unicuique eorum personaliter, & nominatim intimatæ fuissent; Quodque earum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eisdemmet præsentibus, si exhibitæ, vel ostensæ essent, adhiberetur.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrearum confirmationis, innovationis, voluntatis, mandati, Decreti, sanctionis, extensionis, prohibitionis, declarationis, & derogationis infringere, seu ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo, Idibus Augusti Pontificatus Nostri anno primo.

Confirmatio tenarum Innocentii XI. Litterarum super concessione privilegiorum pro Collegio B. Ferdinandi Catholici Sancti nuncupati & Universitate Sanctæ Fidei in Indiis Occidentalibus.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis munere, illa quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, pro sacrarum, eisque ancillantium bonarum Litterarum studiis ubique locorum, & præsertim in remotissimis ab hac Sancta Sede partibus, opportunè promovendis piè, providèque emanasse noscuntur, ut solidiori robore perennent, & optati exinde fructus ad Dei gloriam, Catholicæ Fidei, Divinique cultus propagationem, & Christiani populi ædificationem, benedicente Domino consequantur. Apostolici munitis Nostri præsidio, cum id à Nobis petitur, libenter constabilimus.

§. 1. Alias siquidem emanarunt à fel. rec. Innocentio P. P. XI. Prædecessore Nostro tenæ in simili forma Brevis Litteræ, tenoris, qui sequitur, videlicet. Innocentius PP. XI. Ad futuram rei memoriam. Pastoralis officii, quo Catholicæ Ecclesiæ per universum Terrarum Orbem diffusæ regimini Divinâ dispositione præsidemus, cura animarum Nostrearum sollicitat, ut pia Religiosorum virorum, propriæ alienæque saluti

Præferuntur habentes alias exemptiones in Legatorum Cancellariis registrandas.

Universis præsentium post publicationem obligatio.

Transumptum fides.

Sanctio poenalis.

D. 13. Aug. A. 1690. P. A. primo.

XI.

Exordium.

Litteræ Innocentii XI. facultatem conferendi gradus Scholasticos Collegio Beati Ferdinandi Catholici concedentes.

operam

Exordium.

operam dantium studia ad Christi fidelium, præsertim in longinquis Regionibus degentium, in doctrinâ sanâ institutionem, atque eruditionem laudabiliter tendentia, peculiaribus favoribus, & gratiis, quantum Nobis ex alto conceditur, adjuvamus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Dilectus Filius Ignatius de Quessada. Definitor, & Procurator Provinciæ Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris de Quinto, in Indiis Occidentalibus Ordinis Fratrum Prædicatorum in Sacra Theologia Magister, quod cum in illis partibus plurimi sint infideles, ex quibus multi operâ Fratrum dicti Ordinis illic in vinea Domini strenuè laborantium ad Christianæ Religionis veritatem indices convertuntur, & longè plures Domino benedicente conversum iri sperantur! verum messis quidem multa sit, operarii autem pauci, qui eos in doctrinâ sana instruere, & confirmare valeant; docti pariter Filii Fratres Provinciæ prædictæ providè considerantes, nullam in eadem Provinciâ studii generalis Universitatem reperiri, ipsamque Provinciam nongentis à Limanâ, & ter mille milliariis à Mexicanâ Civitatibus, in quibus ejusmodi Universitates studiorum generalium erectæ sunt distare; ac proinde studiosos partium illarum juvenes, sacrarum aliarumque litterarum studiis operam dandi, seque ad Fidei Catholicæ propagationem habiles atque idoneos reddendi, peractisque studiosis laboribus præmium graduum litterariorum consequendi, tam longas periculosasque peregrinationes subire debere: prævio Regio consensu, Collegium sub titulo Beati Ferdinandi Regis Catholici, Sancti nuncupati, intra, vel extrâ septa Conventus Sancti Petri Martyris Civitatis Quitensis dicti Ordinis suâ impensâ ædificare, in eoque Grammaticam, & Philosophiam publicè docere, ac etiam quatuor Cathedras, duas quidem Theologiæ Scholasticæ, aliam Theologiæ Moralis, & quartam Sacræ Scripturæ: quas pro tempore obtinentes Sancti Thomæ Aquinatis Doctrinam, Sanctorum Patrum traditionibus, & universalis Ecclesiæ Decretis conformem docere, erroneasque, & noxias præsertim in materiâ morali opiniones, quæ in illis partibus serpere dicuntur, eorundem, Sanctorum Patrum Doctrinâ refellere debeant, de proprio fundare decreverunt. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Ignatius Collegio hujusmodi ejusque Rectori, & Cathedralicis pro tempore existentibus facultatem conferendi publicè gradus Scholasticos in illis Scientiis, quæ in ipso Collegio docebantur, concedi plurimum desideret, similique facultas aliis Collegiis dicti Ordinis in quibuscumque Civitatibus Indiarum Occidentalium, quæ quadringentorum milliarii intervallo ab Universitatibus publicis remotæ sunt, existentibus dudum, videlicet anno millesimo sexcentesimo decimo nono à felicitis recordationis Paulo V. ad instantiam tunc existentis Regis Hispaniarum Catholici concessa, & subinde ab Urbano VIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri confirmata fuerit, ac ejusmodi prærogativâ tam Clerici Regulares Societatis Jesu, vigore quorundam privilegiorum, quàm Fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini in vim quarundam Apostolicarum in simili formâ Brevis Litterarum in partibus Indiarum hujusmodi de præsentibus fruuntur. Nobis propterea, idem Ignatius humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de beniginitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur ipsum Ignatium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis, excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quâvis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existat ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium

negotii propagandæ Fidei præpositorum (qui zelum pietatemque dictorum Fratrum Provinciæ de Quito, Ordinis Prædicatorum commendarunt) consilio Rectori pro tempore esistenti dicti Collegii intra vel extra septa supradicti Conventus Sancti Petri Martyris Civitatis Quitensis jam forsan erecti, sive imposterum erigendi, gradus Scholasticos in omnibus Scientiis Cathedrarum in eodem Collegio jam forsan erectarum, vel imposterum erigendarum quibuscumque studiosis, qui studiorum cursum ibidem peregerint, dummodo tamen prævio rigorofo examine ad id reperiantur idonei, ad formam Litterarum in simili forma Brevis alias concessarum, præfatis Fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, & Clericis Regularibus Societatis Jesu, auctoritate Nostrâ Apostolicâ conferendi facultatem, donec, & quousque publica Universitas Regalis, sicut Limana & Mexicana, in dictâ Provinciâ de Quito construatur, sive erigatur, dumtaxat duraturam, eadem auctoritate tenore præsentium concedimus, & impertimur. Salvâ tamen super in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Decernentes ipsas præfatas Litteras firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissimè suffragari: sique in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis aliis Religionibus, in ipsa Civitate Quitensi existentibus, etiam Societatis Jesu, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima tertia Julii millesimi sexcentissimi octuagesimi primi. Pontificatus Nostri anno quinto J. G. Slusius.

§. 2. Innocentius Papa XI. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Jacobus Riccius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum in Sacra Theologia Magister, quod licet in Conventu Sanctissimi Rosarii, & Collegio Sancti Thomæ Civitatis Sanctæ Fidei in novo Regno Granateni, in Indiis Occidentalibus, dicti Ordinis sit, & semper fuerit Universitas studii generalis ab initio foundationis dicti Conventus per Litteras felicitis recordat. Gregorii Papæ XIII. Prædecessoris Nostri erecta, & subinde à recentis memoriæ Paulo Papa V. Prædecessore pariter Nostro per suas Litteras ad dictum Collegium translata, ipsaque Universitas fuerit in possessione conferendi gradus Academicos omnibus Professoribus, & discipulis Scholæ Sancti Thomæ Aquinatis ibidem litterarum studiis operam navantibus: Ut autem prædicta Universitas in majori auctoritate esset, & ejusdem S. Thomæ doctrina magis ampliaretur, bonæ mem. Christophorus Torres dum vixit Archiepiscopus dicti Novi Regni Granateni, qui in minoribus constitutus professionem regularem in Ordine præfato emiserat, magnificum in dicta Civitate Collegium majus, in quo Seculares Nobiles, & bonæ conditionis edocerentur, sua impensâ fundaverit, in eoque erexerit Cathedras Philosophiæ, Sacræ Theologiæ, Sacrorum Canonum, & Legum, quibus pro instituto est, sequi &

docere

Donec
construa-
tur in ea-
dem Pro-
vincia pu-
blica ut
alibi Uni-
versitas.Decretum
roborans
& irritans.Derogatio
contrariis.D. 23 Julii
1681. P. A.
quinto.Aliæ Inno-
centii XI.
Litteræ,
gradus
Scholasti-
cos in Uni-
versitate
Sanctæ Fi-
dei & præ-
dicto B.
Ferdinan-
di Colle-
gio suscep-
tos legiti-
mantes.
Universi-
tas S. Fi-
dei semper
fuit in pos-
sessione
conferen-
di gradus
Academi-
cos.Collegiū
majus à
dictâ Ci-
vitate in
Christo-
phoro
Torre fun-
datum.Provincia
Quitensis
generalis
studii Uni-
versitate
destituta.Quare ere-
ctum Colle-
gium sub
titulo Bea-
ti Ferdina-
di &c.Exoptatur
pro dicto
Collegio
facultas
conferen-
di gradus
Scholasti-
cos.Quæ cum
absolutio-
ne Ignatii
Procura-
toris ad ef-
fectum
concedi-
tur.

Negata à
quibusdā
graduato-
rum in eā
Universi-
tate habi-
litas.

Incommo-
da inde
proveni-
entia.

Concessa
dudum à
Sanctitate
Sua gradus
Scholasti-
cos confe-
rendi fa-
cultas.

Accessit
Regis Hi-
spaniarum
consensus
cum dona-
tione Pri-
vilegiū
Collegii
Regalis.

Procura-
tor Gene-
ralis dis-
tinctam
de dicto-
rum Colle-
giorum fa-
cultatibus
declara-
tionem
exoptat.

docere doctrinam Sancti Thomæ, prout id ibidem fit cum magna utilitate studentium, qui post ex acta studia, susceptaque in secunda Universitate Laureas, ad servitium Ecclesiarum, ac ad Ministeria Parochorum, & Præbendarum admittuntur. Nihilominus hujusmodi pacifica possessione gradus in eadem Universitate suscipiendi non obstante, nonnullæ personæ à modico tempore rumorem sparserunt & aliis persuadere conati sunt, quod gradus in præfata Universitate recepti non sint sufficientes, & validi, ad hoc ut graduati possint admitti ad oppositiones, & concursus Præbendarum Magistralium, Doctoralium, Penitentiariarum, & Theologalium, ac alias Dignitates, & Officia, quæ de jure requirunt, ut illas, & illa obtinentes, hujusmodi gradibus insigniti sint. Unde hoc prætextu Thomitas à præfatis Officiis, & Dignitatibus omnino excludunt; & quatenus eos admittant, dicunt Capitulares, se propter gradus defectum non posse eis locum in nominationibus dare. Quod quidem in gravissimum redundat præjudicium Collegialium supradictorum, ac in diminutionem exaltationis Doctrinæ tanti Doctoris. Cum enim non ex alia causâ excludantur, quam ex eo, quod Doctrinæ ejusdem Sancti Thomæ sequaces, & in præfati Ordinis Universitate graduati sint, nemo amplius erit, qui doctrinæ S. Thomæ Studiis operam dare velit, & intrâ modicum tempus Collegium supradictum, quod hodie litterarum Seminarium est, destructum remanebit, peribit Universitas, & Doctrina S. Thomæ in illis partibus extinguetur, quæ tamen olim à multis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri commendata fuit, non sine mandato, ut illius ampliationi in Universitatibus opera daretur. Cum autem (sicut eadem expositio subiungebat) Nos per quasdam Nostrias in simili forma Brevis Anno 1681. expeditas Litteras, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum consilio, facultatem conferendi gradus Scholasticos in omnibus scientiis, quæ in Collegio Beati Ferdinandi Regis Catholici, Sancti nuncupati, dicti Ordinis in eisdem Indiis Occidentalibus docerentur, sub certis modo, & formâ tunc expressis concesserimus; Charissimus verò in Christo Filius Noster Carolus Hispaniarum Rex Catholicus, non solum Regium suum beneplacitum super institutione Collegii hujusmodi imperitus fuerit, sed etiam per Schedulas suas Regias anno 1683. emanatas, Collegium ipsum, sive illius Universitatem omnibus privilegiis, & prærogativis Regalis Collegii decoraverit, idque intuitu magnæ utilitatis, quæ in illis partibus adeo remotis ex doctrina memorati S. Thomæ, & copiâ operariorum Evangelicorum, qui legem Evangelicam tam Christianis, quam Infidelibus prædicant, illosque doceant, proventura spectatur. Ac proinde dictus Jacobus Procurator Generalis plurimum cupiat à Nobis declarari, quod supradictæ Universitates Conventus Sanctæ Fidei, & Collegii Beati Ferdinandi Civitatis Quitensis sint certæ, veræ, & reales Universitates, prout sunt Limana, & Mexicana, absque ulla differentia, ac cum omnibus gratiis, & privilegiis, prærogativis, consuetudinibus, & solemnitatibus, prout Collegio S. Thomæ Civitatis Manilæ in Indiis Philippinis Anno 1681. concessimus, & quatenus opus sit dictas Universitates de novo erigi in Universitates publicas ad instar Limanæ, & Mexicanæ cum omnibus gratiis, & privilegiis, ita ut graduati in præfatis Universitatibus reputentur habiles, & idonei, tanquam graduati in præfatis Universitatibus, ad hoc ut cum Dei honore, & publico beneficio, ac Catholice Fidei propagatione ampliaretur quoque præfati S. Thomæ Aquinatis doctrina, illius studiosi & sequaces, damna, & præjudicia, quæ nunc sustinent, amplius non patiantur. Nobis præterea idem Jacobus Procurator Generalis præfati Ordinis nomine hujusmodi supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere

de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur ipsum Jacobum Procuratorem Generalem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat, consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac Nostorum pariter in formâ Brevis ad favorem Collegii, & Universitatis S. Thomæ Civitatis Manilæ Anno 1681. emanatarum Litterarum tenorem præsentibus pro plenè & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto habentes, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. præfate Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, omnia privilegia præfati Collegii, & Universitatis S. Thomæ Civitatis Manilæ dicto anno 1681. à Nobis concessa præfatis Universitatibus Sanctæ Fidei, & B. Ferdinandi Regis Catholici Civitatis Quitensis auctoritate Apostolica tenore præsentium communicamus: salva tamen in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositæ. Decernentes easdem præfatas Litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit, Ordinis, Universitarum, seu Collegiorum præfatorum, aliisque quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Aprilis 1685. Pontificatus Nostri Anno IX. J. G. Slusius. Loco + Signilli.

S. Innocentius PP. XI. Ad futuram rei memoriâ. Nuper pro parte dilecti Filii Ignatii de Quellada, Definitoris, & Procuratoris Provinciae S. Catharinæ Virginis, & Martyris de Quito, in Indiis Occidentalibus Ordinis Prædicatorum in Sacra Theologia Magistri Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episc. & Regular. præpositæ, exposito quod cum Nobis alias nempe Anno 1681. pro parte ipsius Ignatii Procuratoris fuisset expositum, quod dicta Provincia, Collegium sub titulo Beati Ferdinandi Regis Catholici Sancti nuncupati in Civitate Quitensi sua impensâ pro Collegiis secularibus sub regimine, & Gubernio Religiosorum dicti Ordinis, qui inibi doctrinam Doctoris Apostolici S. Thomæ de Aquino docerent, fundare intendebat. Nos Collegium hujusmodi fundari approbavimus, ac multa privilegia, & gratias pro eo Collegio concesseramus, prout dictus Ignatius Procurator ex binis Nostri Litteris, unius videlicet dicto anno 1681. alteris verò die 11. Aprilis 1685. respectivè in simili forma Brevis expeditis constare asserbat, & subinde Regius ad id acceperat assensus. Postmodum verò Fratres dictæ Provinciae, ut fundatio Collegii hujusmodi ad suum effectum reduceretur, primum Conventus S. Petri Martyris dictæ Civi-

Abolutio
ad effectū.

Conceditur
præfatis
Universi-
tatis
omnia pri-
vilegia
concessa S.
Collegio
Thomæ Ci-
vitatē Ma-
nilæ.

Decretum
roborans
& irritans.

Derogatio
contrariis.

P.A. nono
d. 11. Aprilis
1685.

Alia Innocentii XI.
Litteræ
Card. Paulini De-
cretum
super pos-
sessionibus
quibusdam
dicto B. Ferdi-
nandi Colle-
gio confir-
mantes.

Fundatio
& Appro-
batio Col-
legii.

Specificatio
possessionum
dicto Colle-
gio concessarum.

tatis Quitensis Ordinis prædicti, situm, & quoddam Domos ipsi Conventui vicinas pro ipsa fundatione dicti Collegii, & quoddam prædium seu possessionem Tochache nuncupatum, & ad dictum Conventum legitime spectans, pro congrua illius personarum sustentatione, deinde Provincia prædicta quandam conficiendo saccharo fabricam, seu Machinam in Valle de Pisque, ac duas Possessiones unam in iurisdictione de Loxa, pro manutentione Cathedralicorum Sacror. Canonum in dicto Collegio, alteram verò in valle de Sangolqui nuncupatam, juxta suos notos fines sitas, & ad dictam Provinciam legitime spectantes, nec non aliqui ejusdem Ordinis Fratres nonnulla particularia deposita sibi reservata, seu ad eorum usum permilla, ac demum ipse Ignatius Procurator de licentia sui Superioris copiosam Bibliothecam cum diversis picturis in Alana Urbe Nostrâ factis, & aliis rebus, seu ornamentis pro cultu Divino dicto Collegio donaverant, concesserant, & assignaverant respective, Capitulumque Provinciale ipsius Provinciae fructum cujusdam census annui ad quadringentos nummos pezzes nuncupatos annuatim ascendentem, in fabricam dicti Collegii, quoad usque illa abolveretur, impendendos applicaverat, & in eadem expositione subjuncto quod cum propè esset, ut fundatio Collegii hujusmodi absoveretur in publicam totius illius Regni Quitensis utilitatem, iidem Fratres dictæ Provinciae, quo dictum Collegium perpetuam in dictis bonis, & possessionibus, stabilitatem, firmitatem, & securitatem consequeretur, nec quidquam ullo unquam tempore circa ea innovari posset, cupiebant donationes, concessiones, & assignationes supranarratas, jam dudum (ut dictus Ignatius assererat) à Dilecto Filio moderno Magistro Generali dicti Ordinis approbatas, seu alias de ejus licentia factas, à dicta Congregatione confirmari. Memorata Congregatio Cardinalium supplicem libellum sibi super præmissis porrectum, remisit Dilecto Filio Nostrò Palutio S. R. E. Cardinali de Alteriis nuncupato, Ordinis prædicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Profectori, ut veris existentibus narratis circa supradictas Oratoris preces id statueret, quid pro suo arbitrio, & prudentiâ in Domino expedire censuisset, prout in ipsius Congregationis Decreto desuper die 14. Novembris proxime præteriti emanato continetur. Ipse verò Palutius Cardinalis, & Protector vigore facultatis sibi concessæ Decretum edidit tenoris, qui sequitur videlicet. Palutius tituli Basilicæ S. Mariæ Transiberim Presbyter Cardinalis de Alteriis, S. R. E. Camerarius, ac totius Ordinis Prædicatorum apud S. Sedem Protector. Cum ex parte Provinciae Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris de Quito in Indiis Occidentibus, Fratrum Prædicatorum, Sacræ Congregationi Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, per R. P. Magistrum F. Ignatium de Quessada illius Procuratorem, & Definitorum, in hac Curia præsentem expositum fuerit, quod ex concessione Sanctissimi D. N. Innocentii XI. & munificentia Regis Catholici Caroli secundi, Collegium in dicta Civitate Quitensi, sub moderamine d. d. Fratrum Prædicatorum, eorumque regimine, & sub titulo Beati Ferdinandi Sancti nuncupati, cum jure, & privilegio in omnibus scientiis quoscunque studentes laurandi, ac aliis quibus Universitates Limana, & Mexicana potiuntur, quæque aliis Collegiis Regalibus à præfato Rege Catholico, suisque Prædecessoribus concessa fuere, erectum fuerit, & institutum, seu verius de proximo erigi, & institui debeat; atque ad hoc ut fundatio hujusmodi sequeretur, ac ad Moderatores Universitatis sustentationem Conventus Sancti Petri Martyris ejusdem Civitatis, & Ordinis, quoddam Domos simul unitas, & sitas in Platea Sancti Dominici ejusdem Civitatis, quæque sunt di-

cto Conventui conterminæ usque sub die 18. Augusti 1681. dicto Collegio donaverit atque contulerit, ac præterea tres possessiones seu prædia stabilia ad ipsum Conventum spectantia sita in valle Tochache, aliud in valle Sangolqui, & tertium in iurisdictione de Loxa, & ultra hæc etiam pistrinum ad usum sacchari cum suis pertinentiis, quod Hispanicè nuncupatur Ingenium, situm in valle Pisque sponte etiam, & libere concesserit, & assignaverit, prout in actis, scripturis, & instrumentis hujusmodi donationum, & concessionum latius continetur, ad quæ relatio habeatur. Ac insuper ad eundem effectum Capitulum Provinciale celebratum in dicto Conventu Sancti Petri Quitensi, die 20. Septembris 1684. speciali Decreto applicaverit quadringentos annuos Patacones in ea Provincia jampridem ad ædificandum destinatos, ut constructioni, & fabricæ dicti Collegii tandiu impendantur, quamdiu ædificium completum fuerit, diversique Fratres particulares dictæ Provinciae deposita propria ad usum reservata de Superiorum licentia, & præsertim dictus P. Magister de Quessada copiosam Bibliothecam in Europa ab eo comparatam, una cum pluribus picturis, & ornamentis eidem Collegio liberaliter cesserint, donoque attribuerint, harumque omnium, & singularum concessionum, & donationum confirmationem pro majori dicti Collegii securitate, & abundantiori cautela, à prædicta Sacra Congregatione eadem Provincia per prænominatum Procuratorem enixè, & humiliter postulaverit, ipsaque Sacra Congregatio benignè annuendo petitis sub die 14. Novembris anni proxime elapsi 1687. Nobis commiserit, ut pro Nostrò arbitrio & prudentia statueremus, quæ circa præmissa in Domino expedire censeremus. Nos igitur considerantes hujusmodi concessionem bonorum cedere in majorem Ecclesiæ utilitatem, ac ejusdem Ordinis Fratrum Prædicatorum decorem, neque Conventui, & Provinciae oneris, vel dispendii inde multum oriri, inherendo propterea facultati à Sacra Congregatione specialiter in supra enunciato Decreto Nobis concessæ, volentes pro Nostrâ in dictum Ordinem protectione speciali gratia, & favore eum prosequi, visis authenticis documentis Nobis exhibitis, ac per visuram veris repertis narratis, post maturam rei discussionem, autoritate Apostolicâ quâ fungimur in hac parte, omnia, & singula acta, & scripturas, & instrumenta donationum, concessionum, unionum, & incorporationum prædicto Collegio, & Universitati à Conventu Sancti Petri Martyris Civitatis Quitensis S. Capitulo, Provinciali ejusdem Provinciae, ac Generali totius Ordinis, Fratribusque particularibus in utilitatem prædicti Collegii, & illius fundationem factarum, & applicatarum à die 18. Augusti 1681. usque ad præsentem diem, cum suis clausulis, & conditionibus, quæ in actis, scripturis, & instrumentis hujusmodi continentur, quorum tenores haberi volumus hic pro expressis, approbamus, & confirmamus, laudamus ac roboris firmitate munimus, etiam si in illis servatæ non fuerint solemnitates à Sacris Canonibus, & Ordinis ipsius Constitutionibus demandatæ: quoniam ad validum earumdem effectum, auctoritate Sacræ Congregationis in eis dispensamus, & tam Fratribus dicti Conventus Sancti Petri Martyris ejusque, ac Provinciae Prælati, & Superioribus præsentibus, & futuris, quam quibuscunque aliis personis adversus illas omnino reclamare prohibemus, rataque habentes omnes licentias per Superiores Ordinis, & Capitula supra enunciata in gratiam ejusdem Collegii datas, atque concessas, bona omnia tam mobilia, quam immobilia superius expressa, tanquam bona d. Collegio ad illius fundationem, Moderatorum sustentationem, Professorum Theologiæ, & utriusque Juris Cathedralicorum manutentionem destinata, applicata, incorporata, unita, attributa, & acquisita, ali-

Quitensis
Provincia
Fratres di-
ctas conce-
ssiones
à Congre-
gatione
cupiunt
confirmari

Ejusmodi
supplicatio
Cardi-
nali Palu-
tio remis-
sa.

Cardinalis
Palutius De-
cretum di-
ctas conce-
ssiones
ex com-
missa sibi
à Congre-
gatione
potestate
confir-
mans.

Quod A-
postolica
Confirma-
tione mu-
nitor.Decretum
roborans
& irritans.Derogatio
contrariis.D. 13. Ju-
nii 1688.
P. anno
duodeci-
mo.
Dicta Col-
legia om-
nium præ-
fatorum
possessionem
ceperunt.

enari, distrahi, & separari posse, alienationis etiam vocabulo latissime sumpto, quocunque prætextu interdicimus, sub pœnis contra alienantes bona Ecclesiæ à Sacris Canonibus, & dicti Ordinis Constitutionibus indictis, & comminatis. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. Datum ex ædibus Nostri hac die decima nona Martii 1688. Palutius Cardinalis de Alteriis Protector. Locus + Sigilli. Cum autem sicut dictus Ignatius Procurator Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostre patrocinio communiri summopere desideret, Nos ipsum Ignatium Procuratorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinari, omnia, & singula privilegia, jura, facultates, prerogativas, gratias, & indulgentias, nec non donationes, concessiones, assignationes, Decreta & alia quæcumque ad favorem memorati Collegii, seu Universitatis Beati Ferdinandi Regis Catholici Civitatis Quitensis à memorato Innocentio Prædecessore per suas Litteras præfertas, concessa & confirmata respective, ipsaque Litteras cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, ac innovamus, illique inviolabilis, ac inrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjungimus.

§. 4. Decernentes pariter ipsas præfertas Litteras, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodocunque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconculse observari, sique in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præfatis Innocentii Prædecessoris Litteris concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus habetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sum Annulo Piscatoris die 7. Novembris 1690. Pontificatus Nostri Anno secundo.

§. 2. Cum autem sicut dictus Ignatius Nobis nuper exponi fecit, Collegii, seu Universitatis huiusmodi fundatio sub titulo ejusdem Beati Ferdinandi propè memoratum Conventum Sancti Petri Martyris dictæ Civitatis Quitensis præfati Ordinis Fratrum Prædicatorum secuta fuerit, certisque inibi Lectorum stipendiis, perpetuo stabilitis, ac tribus insuper sacrorum Canonum Cathedris præfinitis, alia præterea Schola in qua Religiosus dicti Ordinis pueros quoscunque legere, & scribere, nec non Christianæ Fidei rudimenta Charitatis intuitu edoceret, adjecta fuerit, ipsique Collegii Fabrica, pro qua ingens pecuniarum summa erogata fuit absoluta, Dilecti Filii Fratres prædictæ Provinciæ Sanctæ Catharinæ de Quito ejusdem Ordinis illius possessionem cum maxima incolarum illarum partium gratulatione, & lætitia, nec non cum Venerabilis Fratris moderni, seu tunc existentis Episcopi Quitensis, Regalis Audientiæ, totiusque tam Secularis, quam Regularis Cleri, dictæ Civitatis interventu, solemniter ceperint, ea verò firmiora sint, quibus iterata accedit Apostolicæ Sedis auctoritas. Nobis præterea idem Ignatius humiliter supplicari fecit, ut

in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolicâ dignemur.

§. 3. Nos igitur ipsum Ignatium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes & à quibuscunque excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinari, omnia, & singula privilegia, jura, facultates, prerogativas, gratias, & indulgentias, nec non donationes, concessiones, assignationes, Decreta & alia quæcumque ad favorem memorati Collegii, seu Universitatis Beati Ferdinandi Regis Catholici Civitatis Quitensis à memorato Innocentio Prædecessore per suas Litteras præfertas, concessa & confirmata respective, ipsaque Litteras cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, ac innovamus, illique inviolabilis, ac inrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjungimus.

§. 4. Decernentes pariter ipsas præfertas Litteras, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodocunque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconculse observari, sique in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præfatis Innocentii Prædecessoris Litteris concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus habetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sum Annulo Piscatoris die 7. Novembris 1690. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Indulgentia plenaria pro unica vice, pro visitantibus Ecclesias Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini die festivitatis Canonizationis B. Joannis à S. Facundo, vel septem diebus immediate sequentibus.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cum nos nuper ad honorem sanctissimæ, & individuae Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ Fidei, & Christianæ Religionis incrementum de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Alma Urbe nostra existentium consilio, Beatum Joannem à Sancto Facundo Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Professore auctoritate nobis à Domino tradita Sanctum esse decreverimus, & definiverimus, ac Sanctorum Catalogo solemniter Ritu adscriperimus, & sicut accepimus, dilecti filii Fratres Conventuum, & dilectæ in Christo filiæ Moniales Monasteriorum Ordinis præfati, solemnitatem, seu festivitatem

Eaque pos-
sessio in
præmissis
ita bilia,
iterata A-
postolicæ
Sedis au-
thoritatem
confirma-
tur.Decretum
roborans
& irritans.Derogatio
contrariis.Transum-
ptorum
fides.D. 7. No-
vembris
1690. P.
A. secun-
do.

XII.